


32

17



(4)

SPICILEGIUM
ACADEMICVM

SPICILEGIUM
ACADEMICVM

SPICILEGIUM ACADEMICVM
DECERPTVM.

EX SORTE OBLATO TEXTV

In §. Mater 7.

INST. DE EXHÆR. LIB.

ASSERTIO I.



Mplissima testan-
di facultas Leg.
12. Tabularum
constituta, (a)

elucet maximè circa præte-
ritionem, seu exhæredatio-
nem liberorum in Marris,
Avi materni, five deinceps
testamenti habitam, cum hi
necesse non habeant liberos
suos nominatim hæredes in-
stituere, vel exhæredare, sed
solemni, ac legitima exhæ-
redationum observatione nõ
admissa, impune possint si-
lentio eos ommittere, (b) cu-
iusque sexus, five gradus es-
sent, quod pro exhæredatio-
ne nominatim facta valere,
propter extraneam (c) erga
Ma-

(a) L. 120. D. de verbor. signif.

(b) L. Paulus respondit 47. §. fin.
D. de bon. libert. l. Filiam 15.
C. de inoffic. testament. l. cum
quædam 26. C. de administr.
rut. & b. §. n. Didac. Spin. in
specul. testam. gloss. 20. princ.
de exher. & præterit. lib. num.
118. H. Donel lib 6. com. c. 12.
& ibidem Hilligerus l. A. &
cap. 11. l. E. Eman. Acosta in
§. Et quid si tantum, l. Gallus,
D. de lib. & posth. 1. p. n. 36.

(c) §. Sed hodie 2. instit. de ad-
opt. juncto, §. 3. instit. de hæ-
red. qualir. & different.

Matrem. Avum vè maternū,
liberorum conditionem re-
ceptum est.

ASSERTIO II.

HINC Maternæ origi-
nis testamentum, libe-
ris quoque præteritis, ple-
num esse jure civili con-
stat; neque distinguimus
inter Matrem, seu Avum
maternum scientem sive ig-
norantem se liberos habere,
cum eo minus in utroq; casu
testamentum imperfectū nō
sit: (a) qui ergo jure cōmu-
ni utitur, si prætermiserit
ignoranter exheredationis
observantiam, testamen-
tum inutile non facit; secus
si jure singulari, (b) nam cū
favore ipsius, & præter ratio-
nem iuris illud admissum
sit, (c) non est producen-
dum ad id, quod nec jure
expressum est, nec ipse vo-
luit, (d) cum non sit ve-
rosimilè voluisse submove-
re filium præteritione, quem
ignorabat superesse.

(a) *L. si instituta. 27. § fin. D. de
inoffic. test. quam minus rectè
emendat A. Faber in ration. ad
eand. Iacob. Cujatius lib. 26. ob-
servat. c. 9. sibi. contrarius lib.
10. observ. c. 22.*

(b) *L. Militis codicilis, § Miles
in supremis, D. de milit. test. l.
sicut, C. de testam. milit. §. pe-
nult. Inst. h. n. tit. quibus non
obstat. l. qui jure, D. de milit.
testam. Baldum. ad d. §. pen-
num. 10.*

(c) *Pulchrè Arnold. Vinn. ad h. §.
n. in princ.*

(d) *L. 141. D. de regul. jur. junctā
l. quod favore, C. de legib. no.
vissimè Daniel Galtier ad d. §.
pen. in fin. aliter nost; Ioannes
Borcholt. h. §. n. num. 2.*

ASSER.

ASSERTIO III.

NEC enim Matri, neque Avo materno liberos, si heredes non instituunt, ex heredare jure Prætorio necessè est; (a) itaque ad testamentum Matris etiam contra tabulas bonorum possessionis non pertinet. (b) cuius juris ratio, non apud omnes convenit, alij putant liberos à Matre præteritos, propter exheredationis vim omissione commissam, ad bonorum possessionem contra tabulas non admitti; (c) alij autem, quia Prætor his tantùm succurrit, qui sui esse desierunt; (d) utraque communis est, sed omnino falsa; (e) ideoque beneficio Prætoris eos excludi magis placet, quia, nec, sui antea fuerant, (f) nec esse poterant. (g)

ASSERTIO IV.

Aliud liberis, ab Ascendētibz maternis præteritis adminiculum servatur; (a) id autem est remedium

(a) Ex Institut. pleniori. mater. V. glus Zuiche. h. §. n.

(b) L. illud notandum 4. §. ad testam. 1. 2. D. de bonor. possess. cont. tab.

(c) Post antiquiores quos refert Vigl. ubi proxime Ant. Picbard. ad h. §. nost. propè fin.

(d) Bald. in. h. §. n. num. 14. Loach. Mansig. eod. l. C.

(e) Arg. text. in l. 28. D. de inoffic. testam. l. 1. junctā, l. non tantum 3. D. de bon. possess. cont. tab.

(f) Nec obst. text. in l. Epistol. 75. §. fin. junctā, l. ubi purè 19. D. ad Senat. Trebel. v. Anton. Fabr. de error. pragmat. decad. 65. error. 8. per tot. D. Joseph. Retes lib. 4. opuscul. in l. filia 16. D. de aur. & arg. legat.

(g) L. nulla femina 13. D. de suis, & legit. observat. Arn. Vint. ubi supr. num. 3.

(a) h. §. n.

(b) *L. filiam 15 l cum filium 17. C. de inoffic. test. H. Donel l. 19. com. ca. 4. optimè Acosta in S. posthumus, n. 16. & 19. Inst de legat. A Gomez l. 1. variar. c. 11. n. 35. D. Ioseph. Retes in schol. advers. ad tit. de inoffic. test. c. 18. n. 1. in fin. & passim Institutarij ad princ. Inst. tit. eod. Hinc Valer. Maxim. l. 7. c. 7. de test. rescis. sic ait: Septicia quoque Mater Trochalarū Ariminenſium filijs irata, in cōtumeliam eorum, cum iam parere non posset, Publicio ſeni admodum nuptic, testamento etiam utrumque præterijt; à quibus aditus Divus Augustus, & nuptias Mulieris, & ſuprema iudicia improbavit. Prosequitur. Idē cap. seq. de rat. testam. & insp. n. 2.*

(c) *D. Melch. de Valentia Illust. jur. Tract. l. 3. tract. 3. c. 1. per tot.*

(d) *L. si filiam 19. C. de inoffic. testam.*

(e) *In l. si suspecta 29. S. 1. D. de inoffic. test. Connan. l. 9. comment. c. 9. plenè Osual. ad Donel. l. 19. comment. c. 4. lit. D.*

(a) *L. si Mater 33. D. de Vulg. & pup. subst. docet Bartol. in d. l.*

dium quærelæ inofficioſi testamenti, si immeritò præteriti essent: (b) ab enixo enim studio, anxioque voto (quæ, & illis arcto naturæ vinculo inhæren.) bona sua, atque divitias parandi, & relinquendi liberis, (c) arceri eos non debet vllus pravæ indignationis affectus, sed iustæ ingratitude dolor, siue causa, (d) nullo habito discrimine sexus, siue conditionis liberorum, nam, & filios spurios Auctore Vlpiano (e) de inofficioſo Matris testamento quæri posse certo certius est.

ASSERTIO V.

SED hæſitari solet, si Mater filium Impuberem, cum erit annorum quatuordecim hæredē instituat, & si sibi hæres non erit aliū substituat; an hic filius institutus intelligatur interim, an præteritus? Sed verius est, filium esse sub die certa, (a) nõ autem conditionaliter hæredem

dem institutum: (b) sive à Matre præteritum. (c) Quid si falso Mater audisset filiū militem decessisse, & alios hæredes instituat? Aut si filijs hæredibus institutoris (nō autem extraneis) altero post testamentum suscepto in puerperio vita decesserit? Sanè in 1. casu militiæ favor Adrianum extorsit; (d) in 2. repentini eventus iniquitas, coniectura simul maternæ pietatis accedente Imp. Severum, & Antoninū induxit, (e) ut, & verè præteritus filius in utroque casu (f) hæres institutus censetur.

ASSERTIO VI.

Hæc ferè omnia ab Imperatore nostro innovata sunt, (a) cum simile, (b) officium circa exheredationem liberorum maternis Parentibus injungeret, ei quod à paternis antea lex exigebat, (c) & nunc valdè aucta antiqua exheredationis

si Mater, arg. text. in l. Scius 46. D. ad Senat. Trebel. & subscribunt communiter DD ut afferit Iason in d. l. si Mater, n. 1. & Alexander in d. l. Scius n. 3.

(b) *Ut ex Cujacio, & Goveano, & contra defendit D. Ioseph. Fernandez de Retes ubi proximè n. 111.*

(c) *Contra est Doctissim. Petr. Barbosa ad l. 2. D. de vulg. & pup. subst. n. 65.*

(d) *In l. cum Mater 28. D. de inoffic. testam.*

(e) *In l. si Mater 3. C. de inoffic. test.*

(f) *Dict. l. 28. & l. 3. juncta, l. fin. D. de hered. instit. Franc. Duar. ad tit. de inoffic. test. cap. 3. ex ratione text. in l. Lucius, §. Titius, D. de lib. & posth. l. tale pactum, §. vlt. D. de pactis, Retes ubi supr. n. 15. per tot.*

(a) *Novel. 115. cap. 8.*

(b) *Non idem, ut acriter defendit H. Donel in authent. non licet, & in authent. ex causa c. de liber. præter. n. 6. quem sequitur Vinn. in princ. Inst. de inoffic. text. num. 4. qui plures refert.*

(c) *L. inter cetera 30. & passim in tit. D. de lib. & posth.*

(d) *D. novel. ut cum de appellati-
one* 11 §. cap. 3. in princ.

(e) *De hijs plena manu scripsere ad
l. Gallus 29 D. de lib. & posth.
Franc Duarenus, Acosta, Picbar-
do, Sarmiento, Valencia, &
plures alij.*

(f) *Vigl. & Minisg. b. §. n.*

(g) *Arg. text. in §. posthumus inst.
de legat. omnino videndus H.
Donel. l. 6. com. c. 11. propè fin.*

nis observantia exigit: (d) hinc non inutilis, sed utilis oritur quaestio: an hodie formulae Galli Aquilij, atque legi Velleiae (e) in materna hereditate, sive linea locus sit, cum Avia filium instituendo cogitet, ne illo forte pro mortuo nepos succedens testamentum rumpat? Nonnulli affirmative quaestionem amplectuntur; (f) negativè verò, nec validissimo juris testimonio destituti defensabimus.

In Augustioris Academiae Claustro Propugnabit D. IOSEPHVS
XARAMILLO ET LERMA: Praerit Doct. D. AEGIDIVS
CVSTODIVS LISSA ET DE GVEVARA, Idibus Novem-
bris, Anni M DC. LXXXIII. Hora II.
Post Meridicm.

CÆSAR-AVGUSTÆ.

Apud heredes Petri Lanaja & Lamarca, Regni Aragonum,
& Universitatis, Typog.

8
30